Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Ant. D-006

IOANNIS FRANCISCI MIRANDVLAE DN. De expellendis VENERE & CVPIDINE Carmen heroicũ.

Eiusdem hymnus de diuo LAVRENTIO.

BAPTISTAE MANTVANI Elegia in AMOREM.

Eiusdem in VENEREM heroicũ.

In CVPIDINEM nociuum Carmen LVCIANI.

HORVÁT ISTVÁN KÖNYVTÁRÁBÓL
A.M.N.MUZEUM KÖNYVTÁRÁBÓL
1513.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Ioannes Franciſcus Picus Mirandulę domi
nus &c. Cuonrado Peütingero iurecõ-
ſulto: viro docto & amico. S.

Offendi hic Romę uxoris tuę fratrem: cui ut ni-
hil non ad te darem / cõmune feci opuſculum de
Venere & Cupidine expellendis. Quod magnis
animi in pturbationibus poſiti/ad leuandam mo
leſtiarũ molem cecinimus. Tantũ abeſt: ut amœ-
no in ſeceſſu/ęſtiua umbra cantum excitarit: aut
animũ curis vacuũ/lauri & citriorũ nemora odo-
rata demulcerint. Argumẽtũ prębuit carmini/an
tiquum Veneris & Cupidinis ſimulacrum: uti in
epiſtola ad Liliũ non paucis retuli. Sed ſane eo in
ſimulacro ſimul & artificis ingeniũ licebat ſuſpi-
cere: & ſimul admirari vanę ſuꝑſtitiõis tenebras
verę luce religionis ita fugatas/ ut nec ipſorũ De-
orum imagines niſi truncę / fractę/ & pene pror-
ſus euanidę ſpectarẽtur. Eijpſi dedi & hymnum
in Laurentiũ martyrem: nõ eorũ inſtar triũ quos
longiore ſubſellio & edidimus/& commentarijs
expoſuimus. Namq̃ hoc loco non Homerũ &
Callimachũ quo ad verſuũ attinet numerum/ſu-
mus imitati: ſed Orpheũ potius/& Proclũ/& fi-
lum quoddã vergilianũ ſecuti: quo herculeas lau
des elegantiſſime poeta contexuit. Hoc tamẽ in-
tererit: cp ſi artis periculũ fiat: poſthabendos nos
illis de quibus ſumus locuti/non recuſabimus. Si

autẽ materię rerũq̃ ipſarũ fiat expẽnſio: longe ha
bebimur ab æquo eſtimatore ſupiores. Nos em̃
vera & ſolida cecinimus: illi falſa penitus & ina-
nia. Mitterẽ ſi per occupatiões liceret/ maioris &
operę & diligentię volumina. Nam poſt illa no-
ſtra & de prænotione rerũ/ & de fide theorema-
ta/& alia quæ ſunt Argentoraci ſtãneis impreſſa
notis: plæraq̃ compoſuimus/ac in manus habe-
mus: de diuino amore libros quattuor: & logica
rum inſtitutionum libros quinq̃: & de vanitate
doctrinę gentiũ libros ſex. qui quidẽ uti opinor/
plurimũ ſunt ſubituri ſermonis. Reteximus enim
uniuerſam philoſophiã humano quæſitã ĩgenio:
Ariſtoteleãq̃ maxime in libra appẽdimus. Quã
ob rem multas in me conflandas eſſe calũnias nõ
ſum animi dubius. Sed præſtat mea quidẽ ſentẽ-
tia: a veritate contra vanitatẽ ſtare contumelijs
preſſum / q̃ a vanitate contra veritatẽ laudibus
onuſtũ. Sunt & alia. Neq̃ em̃ conficio noſtrarũ
catalogũ lucubrationũ: quibus ſi aliquid ocij da-
bitur: & imponi extrema manus poterit: & cura
ri/ut in Germaniã uſq̃ perferant̃ tui gratia. Quẽ
& nomine litterarũ/& veteris amicitię non diligi
modo a nobis/ſed amari ſcias: plus etiam q̃ tute
ipſe unq̃ arbitrareris. Vale. Romæ Idibus Nouẽ
bris. M D XII.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

IOANNIS FRANCISCI PICI Mirandulæ domini &c. de expellendis Venere & Cupidine.

Idalios ignes/cęcicꝫ CVPIDINIS arma/
Atcꝫ dionços procul ablegare furores
Fert animus. Da casta parens/iessea propago/
Da virgo/æternum virgo: quę sola furentum
Luxuriem sacro pręstas compescere partu:
Da p̃cor & Veneres/ & q̃s malesana vetustas
Aligeros finxit dementia numina fratres/
Exturbare: nouo longe & dispellere cantu.
Fertur in antiquis Penięcꝫ Poricꝫ hymeneis
Natus Amor: nata vix de genitrice/ frequenti
Dũ mensa inter se celebrant conuiuia Diui
Stellato in solio/viridicꝫ Diespitris horto:
Ebria Cœlitibus dũ mens: dum nectare dulci/
Et dulci ambrosia saturis pulcherrima rerum
Quas gigni sit fas/iã tum obuersatur imago:
Altera de pelago pharetrati mater Amoris
Nascitur: & Paphias olim sibi vendicat arces:
Aegyptumcꝫ: altascꝫ erycino in vertice sedes.
Verꝫ alias etiam Veneres ambage retenti
Falsorum Diuum/prisci cecinere Poetę:
Quis varios etiam ludo submittere amores
Cœpere: & varijs implere poemata monstris.
Hinc Cypro exiliunt pueroꝝ multa volantum
Agmina: quę rutilis facibus/ quę corpe nudo/
Quęcꝫ arcu & varia tergus pulsante sagitta
Circũeant terrã/aera/çquora/çthera/cœlum.
Vt quemcꝫ tetigere/furit. Sic perdita cursu
Phębęo (ut p̃hibent) quondã peneia Daphne:
Sic Phębẽ stimulãt/petere Endymionis amati
Cõgressũ: & celeres firmare sub çthere bigas.
Ausa quocꝫ & volucri sulcantem cęrula curru
Neptunum/ vastis mirũ inflãmare sub undis.
Atcꝫ louẽ sceptro insignẽ/& diademate sçuũ/
Et trifido armatũ victricem fulmine dextram
Nõ verita impetere: & pectus tẽtare veneno:
Quo tauri in faciẽ/& lychni vertat̃/& auri.
Scilicet in furias ignemcꝫ incurrere Diuos
Finxerunt: q̃niã pecudũ/volucrũcꝫ/natantũcꝫ
Omẽ genus ruere in venerẽ inspexere: hoĩescꝫ
Propterea & bella / & cędes inferre cruentas:
Atcꝫ cupidineis labefactos corda venenis/
Et nemora & saltus lustrare: atcꝫ çquora sçua
Illuni sub nocte cito sulcare natatu.
Quãdo etiã infernas/magno ĩflãmatus amore
Coniugis ereptę / est ausus tentare latebras
Threicius vates: Neptunicꝫ alta propago/
Pirithoum superos secũ ut reuocaret ad axes:
Lurida tęnarei subijt penetralia Ditis.
Sed q̃d ego ambages/vana aut cõmẽta secutus?
Ad sũmam: spẽs Venus est. mox inde Cupido
Exoritur: quoniam specie & cupit ipse potiri:

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Atq; frui ſpera t. Sperando & viuit amator.
Cauſa bonoq;/bonicq; umbrę reddēda: q; in ſe
Splendeat: inq; animo facili veſtigia firmans/
Hęreat actutū: & ſtimuletur auara voluntas.
Et cęca illa quidem: claro ſed lumine mentis
Ducta/boni extremā conatur tangere metas.
Hinc cur cęcus Amor: curq; exoculata volantis
Pingatur pueri facies deprendere poſſis:
Curq; bonū/ſimulq; boni ſimulacra frequēter
Allicíant animum ſępe in ſua damna ruentem:
Sed diuerſa ſibi cur nomina fecerit ardor
Intimus/ut noſcas: id res pręſtabit amata.
Nam ſi ipm fontemq; boni / ſumumq; tonātem
Ardes: ingenti conatu/ingentibus alis
Quas tibi nec cęra/nec filo Dędalus olim
Aptarit: firmo ſed glutine mater Amoris
Alma fides caſti: flammatos feruidus axes
Egredere: & pietas tibi nomina fecerit ardens:
Atq; amor/ atq; charis plauſu celebrata freq̄n
Ideas rerum ſi contemplator ab alta ti.
Naturę ſpecula mireris/tactus ab œſtro
Cœleſti: Veneris diceris captus amore
Aetherię: & ſuperam pēnis ſublatus in oram:
Vt fluxas rerum formas/rerumq; figuras
Degeneres illinc deſpectos lumine puro.
Si te ſollicitant faſces/& purpura Regum:
Ambitio eſt. Stimulis auri vexaris iniquis:

Surgit auaricies. Facie ſi captus amata/
Spicula perſentis ſuccēdere in oſſibus ignem:
Senſilis hoc Veneris vulnus/ puericq; volantis
Fertur: ab aurata & prodire inſigne ſagitta.
Namq; ubi membrorꝝ vultus diſcordia concors
Fulſerit: & grata fuerit compage reuincta:
Ipſa oculos afflat ſubito: celericq; meatu
Labitur affecti tacita ad penetralia cordis.
Idq; trahit velut chalybem magneſia cautes:
Et tractū accendit: generatq; in pectore flāmā
Illecebris ſotam placidis/gratoq; decore.
Temporis at paruo ſpacio decor ille recedit:
Diſperit & flāma in tenueis euanida fumos.
At ſi fœcundi cupias commercia lecti:
Spurca venus prodit: pmixta dolore voluptas
Dulcedo adſiſtit: ſed mox ſuccedit amaror:
Pręceditq; etiam. nam ni fax illa tetenti
Seminis urgeret: non ſurgeret ipſa libido.
Hīcq; dolos placida ut naturæ munia tractos:
Sz pce ad ſobolē. neq; em̄ meta ipſa voluptas.
Nam ſi plus nimio cupis oblectarier: inde
Prodit amaricies/ & mille incōmoda vitæ.
Scilicet hanc legem primęua ab origine rerum
Afflixit natura parens mortalibus: inq;
Perpetua incidit ſolido ex adamāte columna:
Vt ſemper multos Venus īmoderata dolores
Afferat: innumeras labes/uorboſq; necemq;:

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Et curuę ante diem pretendit damna senectæ.
Sed finge illecebras/ lusus/ noua gaudia/mille
Blandimenta tibi lasciuo accrescere luxu:
Quid tibi? qd restat? Momẽto extinguit uno
Quidquid anhellanti conatu exhauseris horę
Dimidio: & celeri refugit post terga volatu.
Tam cito per spaciũ duodeno tramite flexum
Herculis ad lucũ/celebris prope flumina Pisę/
Nunq; abijt sonipes elęo in puluere victor:
Q; cito dilapsa est Veneris iucunda libido:
Nec repetita potest ulla retinerier arte.
Preterit ut rapidus mõtano e vertice torrens:
Effugit & scythico borea / & violentior euro.
Ac veluti cribro si lympham inferre pararis:
Quo magis ĩfundas/ tãto magis effluat hũor.
Sic & aquã fractis/fundoue carentibus urnis
Cocyti ad fluuiũ/lassata inuergere dextra
Fœmineã turbam vates cecinere vetusti.
At quinam extiterit pharetrati fructus Amoris:
Cũ tela in vacuum defixit plurima pectus:
Cũq; ossa in cinerẽ face multa/ oẽsq; medullas
Verterit: argiuo perijt cũ Pergamos igni
Testis: & inachias q̃ multa est flãma p urbes
Digressa: & libycos etiam populata penates.
Quid mẽorẽ ĩfandę iugulatũ agamẽnona dextra
Cõiugis? exiliũ & ꝓfugi Diomedis ad Arpos
Ne iã coniugiũ/& pulchrã Calydona videret?
Quid referã extinctã Bœotia ad arua furentũ &
Discerptam manibus nimio feruore puellam?
Quid puerũ manibus laniatũ Actęona narrẽ?
Heu nimiũ laceris laniatũ Actęona membris.
Testis & ionijs Leuonia saltibus usa.
Testis Stesicoro vati cantata Calyce.
Testis & ipsa suos Igneis quæ ferre recusans/
Idaliam ambratio restinxit lampada fluctu.
Et qui seruilem doctus versare tumultum
Drimacus: insano iugulum postponit amori.
Iphis in exemplo est: Philis rhodopeia: Dido:
Et pergens ad busta Nini: babylonia Thysbe.
Quęq; olĩ ad scopulos multorꝫ ex ossibus albos
Et cantu allecta/& natiuo inducta furore/
Appulit ætherei plebes ignara theatri.
Et quę Circeos Ithacensis turba furores
Haurit: & humanas facies exuta/ferarum
Induitur vultus: dominęq; ad iussa superbæ
Immũdis stabulat haris. Sic improba Gorgon
In saxa/in marmor stupidos cõuertit amãtes.
Sic transformatos habitus consuere vetusti
Cultores sophiæ/tenui mandare papyro:
Seu qui palladias arces tenuere biformi
Cecrope regnatas: seu qui tenuere Grotonẽ:
Quos una instituit Smyrne telluris alumnus.
Vnde noua emersit mutandę fabula formę.
Hic Theodori/atq; hic graij Callisthonis ora:

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Incꝓ alios conuerſa modos: & in ora ferarum.
Inde & Peligni celebrata inuenta poetę:
Cõmentũ & Siculi vatis / quẽ carmina piſcem
Fecere: & ſtirpem terræ radicibus actam:
Et volucrem pinnis vacuũ p̣ inane vagantem:
Quã cito quod cecinit fuerit κοῦρόσ τὲ κορῆτε.
Hinc Syrij in brutum facies mutata ſophiſtæ/
In quod mox ſeſe deceptus pyxide vertit
Lucius: antiquæ renouans figmenta Crotonis.
Illuc Thallides/& Pantho cretus/& alta
Quicꝓ Samo quõdaꝫ miſſus Hermodime: q̣cꝓ
Inſtabili Ortygia genitus doctiſſime Pyrron
Migraſti: & phario ſoluens de littore Typhis
Auſoniuꝫ ad portum te te olim vexerat/ipſum
Quẽ fore prodiderat phœbea voce ſacerdos
Pythias: atcꝓ illinc nomen traxere parentes.
Tu (ni veſanis ambagibus omnia miſces)
Quid tibi: vis ne aliud/cũ aĩm ĩ diuerſa ꝝuoluis
Corpa: quidnã aliud cꝓ vim exp̃ſſiſſe veneni
Idalij: quo tincta ferus ſua tela Cupido
Exercens/miſeros in amatum vertit amantes.
Ergo agite o iuuenes/ſpurcũ ablegate furorem/
Quo brutũ ex hoĩe induitis: q̣ Pergama q̣ndã
Arſerunt: quo iactat amans incendja flammas.
Sirenũ a ſcopulis rapido diſcedite curru.
Vela date: ac nuncꝓ vobis terra illa petenda eſt
Circęo prętenta ſinu: nuncꝓ arua Calypſus
Intranda: & nuncꝓ phorcynidos arua Meduſę.
Nuncꝓ Ephyres portũ (ſi mens nõ lęua) ſubite.
Effugite & curſu celeri Sybaritida terram.
Vnũ etiam vobis iuuenes præcꝓ omnibus unum
Prędicam: veſtrę vobis ſi cura ſalutis:
Si caſti vos tangit honos: ſi cura pudoris:
Linquite fallacem Babylona: relinquite molles
Illius illecebras/permixtacꝓ mella veneno.
Huc etenim nimiũ/nimiumcꝓ nocẽtia monſtra
migrauere: truces Scyllęcꝓ/& Gorgones/ atcꝓ
Harpyię in medijs poſuere ſedilia templis.
Necnõ q̣ Athlantẽ olim / & q̣ Titana parentẽ
Agnorunt: fraudes nec dedidicere vetuſtas:
Semiferęcꝓ etiam caprearum rupe recentis
Mutauere domus Babylonis/& aurea tecta:
Atcꝓ ſuper ſacra ſidunt Acheloides æde.
Huc quantum cærę ſicula depromitur herba/
Huc huc cecropius q̣cquid cogebat Hymetus/
Moly veni: veniat diſtrictus & enſis Vlyſſei/
Conſtanti auertẽs magicos molimine cantus:
Vanacꝓ ſopiti ludens pręſtigia ſenſus:
Et potis Idaliam glacie interſpergere flãmam.
Si vobis natura ſuos iniecerit igneis:
Nec ſit pertęſum thalami/nodicꝓ iugalis:
Quęrite conceſſos diuina lege hymenęos.
Prima autem fiat de moribus/ultima fiat
Quęſtio de forma, dotemcꝓ exquirite qualem

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Antiquo in Latio/veteri vel in Hellade mille
Mille olim q̃ſita procis noua nupta parabat.
Quis non Euadnes citius caperetur amore/
Vt Cato illius digito fuluum inderet aurum:
Q̃z natæ Augusti/q̃uis gratissima forma.
Protesilae tuam quis non velit ante maritam/
Q̃z Leda genitam:q̃uis pulcherrima:q̃uis
Et ratibus mille/& bello repetita decenni?
Aut quis non vilem mundi muliebris amictũ/
Et tenuem cophinum priscę de more Sabinæ
Optarit potius casta cum coniuge secum
Ferre domũ:tua q̃ baccata monilia/q̃q̃
Inclyta hydaspeis aggesta cubilia gemmis
Antoni coniunx/Aegyptiq̃ ultima regum/
Obscęnos tecum si fers Cleopatra furores?
Celibe si vultis vitam traducere lecto:
Continuo castis restinguite fontibus ignes:
Et veneres gelido veneres submergite fluctu/
Qua patet ad boreã semper glacialis hiberne.
Peruolitẽt mentẽ atq̃ oculos/facibusq̃ malignis
Instillare velint tacitum in prącordia virus
Aligeri fratres/puerorum turba volantum:
Vos subito ut leuibus difflauerit aera pennis
Turba nocens/duro pennas prącidite ferro.
Ferrea mens nulli Veneris obnoxia culpæ.
Ensis adest iuuenes/quo mollis in aere penna
Desecta est:q̃ neruus agens/volucresq̃ sagittã

Diffractę/rutilęq̃ faces:erycinaq̃ lampas
Exincta/in liquidã resolutaq̃ protinus auram.
Tum loca diuerso cœlo quęrenda/salubris
Aeris in spacijs:alia & regione manendũ est:
Ex animo ut citius facies abolescat amata.
Nunq̃ luminibus committite lumina.quando
Lenis amor quem quis dudũ frigere putaret/
Sæpe arsit vultu cospecto:atq̃ illice forma
Exciuit flammas:quantasq̃ sub Ilio alto
Nec Tenedos vidit:neq̃ incola Tyburis alti
Spectauit:ſęuo est cũ Roma incensa Nerone.
Vertenda est facies:nec blando verba susurro
Excipienda.plagis quis non caperetur iniquis
Quas menti seper vacuę/semperq̃ petenti
Illecebram sensus/fallax amathusia tendit?
Nam fugitare licet lasciui rhetia amoris:
Atq̃ alio mentem/alio conuertere sensus.
Spectandũ instabile hoc q̃dcunq̃ hic degit æui
Delitiũ & vanũ/& fluxũ/mixtumq̃ dolore:
Succurrat q̃ nulla homini syncera voluptas.
Anxia/sollicita/& gemebundi plena timoris
Q̃z siet ipsa Venus/dira & cũ matre Cupido:
Q̃z vanis semper simulachris ludat amantem:
q̃q̃ magis sitiens bibat/hoc magis estuet: atq̃
Tam magis ardescant viuis præcordia flãmis.
Tormenti genus infœlix/acherontia turba
Quod nunq̃ aspexit: q̃ nullaz affligere quẽq̃

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Fama eſt inferna dirarum a ſede ſororum:
Ipſe ſiti in medijs ardebat Tantalus undis:
At nunq̃ refugas labris comprẽdere lymphas
Olli poſſe datum. ſed cũ ſe gurgite merſat
Altius hic: vaſto & caua guttura pandit hiatu
Humorẽ abſorbens/auidas ſitis aſpera fauces
Tũ magis excruciat. neq; em̃ de fonte liquores
Prõpſit acidalios gelido venus: ĩproba ſũpſit
Ab calida phlegetõtis aqua: quæ ſemp opacos
Conuoluit fumos/ignes/incendia/flammas.
Nec vobis animo exciderit/nec corde tenaci:
Q; multis olim exitium mortalibus ingens
Attulerit/regna & deleuerit inclyta cæcus
Humana in mẽte exercẽs ſua ſceptra Cupido.
Ante oculos etiam macies verſetur amicam
In faciem: ſucco tum ſucceſſura ſalubri /
Cum ſenium rugas ſecum portarit aniles.
Quod certe et morbi/miſerq; incõmoda vitę
Ingeminant: fœda ut confecta cadauera tabe
Nunc ſpectes: albo quę iã roſa mixta liguſtro
Punicea exornans / miſeros captabat amãteis.
Hinc operę p̃ciũ eſt/mortis meminiſſe tremendę:
Terribili excindit quę vitę gaudia falce.
Sic mors flagranteis compeſcit frigida curas
Tempore nõ certa/ & certo rapidiſſima curſu.
Hinc ſubeant animum æternæ ſub tartara pœnę/
Quis venus & veneris male dulcia furta ſecuti
Plectuntur. Subeat æternę gaudia palmæ
Innumeris ditata bonis. Exempla virorum
Adcedant: venerẽ immũdã qui verbere torto /
Et ſilice/& rigido domuerunt ſępe cubili.
Quiq; niuem inſiliens Veneris ſuperaſſe calores
Dicitur occurrat: retegens noua ſemina fraudis
Infernę. Necnon qui cęci ſpicula amoris/
Quiq; illas quondã ſub inani pectore curas
Conſertas ſpinis/Erycinę munera ſæuę
Deludens ſeſe in ſpinas detruſit acutas..
Et qui fallacis tempſere Cupidinis arcus
Obrepant menti: dum nudę corpora terrę
Collidunt: auidiq; ferunt ieiunia ventris.
Vos etiam monitos iuuenes/iterumq; iterumq;
Optarim: obſcęnum caſto ut pellatis amorem:
Pellitur ut clauo clauus. nec ad alta Platonis
Vos ſpectra/ętherię aut veneris ſiulacra r̃lego.
Quare quicunq; es: tibi iam ſuccurrat amator
Humani generis/ſoboles æterna parentis
Aeterni: & Marię ſoboles pulcherrima caſtæ.
Hũc redama: aſpiciẽs fœdatos puluere crineis:
Atq; coronatam dumis pungentibus illam
Frontẽ illam/nutu totũ quæ illuſtrat olympuz:
Quęq; catenatum nutu tremefecerit ortum.
Aſpice purpureo madefactũ ſanguine corpus/
Diſiectũq; latus/diſtentaq; brachia clauis /
Tranſſixaſq; manus/plantaſq;/ ſacriq; cruoris

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Aſpice multiplices undanti flumine riuos.
Scilicet hæc rerũ omnipotens/ q̃ temperat orbẽ/
Matris Acidalię flammas/querumq̃ peroſus/
Pertulit: eriperet te te ut de faucibus orci:
Vt ſecum æternę ſequereris gloria palmæ.
Quę caſtus prębebit amor ſine fine futurus
Fœlix:æternoq̃ arſurus munere fœlix.

FINIS.

In martyrem LAVRENTIVM
Ioannis Franciſci Pici Mirandulę do
mini &c. HYMNVS.

Huc iuuenes/huc ferte ſenes per romula greſſus
Mœnia:& antiquã Laurentij inuiſite ſedem:
Cũmunemq̃ vocate Deũ/precibuſq̃ fauere.
Cingite fronde comas: non qua peneia laurus
Vana triumphalis nexabat ſorta coronæ:
Nec iam littorea prętexit tempora myrto:
Neu dionyſiacis vireat frõs preſſa corymbis:
Aut apiũ crineis/vetus aut oleaſter inumbret:
Sed quibus ornatur palmarum diues Idume.
Illis ite precor redimiti tempora ramis.
Nam palma aduerſa mole ut curuata reſurgit:
Preſſaq̃ põderibus ſurſum ſinuatur in auras:
Semper & ætheriã conando euadit in oram.
Non ſecus aduerſas vires phlegetontis auari
Diſiecit Laurens: & quod natura tremendum
Oppoſuit pondus/ magno luctamine vicit.
Eia agite ad cantus properate:altaria circum
Iam referũt laudes Laurentij atq̃ inclyta facta:
Laurentij laudes referunt/ut ſęua furentis
Auguſti imperia/ & triſteis contempſerit iras.
Vtq̃ animo ingenti veteres donaria templi
Theſauros/miſeriſq̃ argenti pondus & auri
Diſtribuit:rigidę neue illos tempora brũme
Vexarent:neu torqueret crudelis egeſtas.
Vt duras hilaris ſub iniquo iudice plagas/
Verberaq̃ & luſus:ut ſęuos mille dolores/
Ingenteſq̃ minas:ut mille obprobria lætus
Pertulerit. Tu tortores inuicte tremendos/
Tu Decij horrendos faſces/latiamq̃ ſecurim
Exuperas prętans animi. Tu temnere doctus
Illecebras vitę fluxas:doctuſq̃ ſalubri
Merſare in fluuio verę pietatis alumnos.
Tu clarum cæcis tenebroſo in carcere lumen
Orbibus/extentaq̃ manu/ſignoq̃ fideli
Reſtituis. Non te infido Iudæa veneno
Infecit rabies. non torruit ipſe tyrannus
Nequicq̃ mortẽ intentans:dũ viſcera vulgo
Nudat:& ambuſtos agit in præcordia torres.
Salue ſancte pater / ſalue decus addite magnis
Cœlicolis:victor flãmarum/victor & orci /
Altaq̃ romuleis emiſſus in aſtra fauillis:
Da pater in ſuperas/ faciliſq̃ dexterq̃ p̃eamur

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Qua frueris/nostra ut reuehant lumina lucem.
Da cœlo nobis possit demittier alto
Ignis quo Decij torres/tormentaq; rides:
Ignis ab extremo tibi iam demissus olympo:
Quo detur ridere leuis mala gaudia vulgi:
Insontiq; minas & mille obprobria corde/
Atq; vices rerum varias/& inania vota/
Pellere q; insanis ericyna incendia membris.
Nec nostras cruciet menteis sceleratus habēdi
Ardor:& humanę laudis male sana cupido:
Nostraq; diuinis flagrent pręcordia flammis.

FINIS.

BAPTISTAE MANTVANI Carmelitæ theologi/ad reuerendiss.& illustriss. Sigismundū Gonçagan pto notariū Elegia in AMOREM.

Consuluit pietas ut te Sismunde/monerem:
Cōmunem iuuenum ne sequerere viam:
Omnis enim tenera puer ut lanugine vernat:
Perdere in insano tempus AMORE solet.
Quo caueas igitur scelus hoc/animiq; venenū/
Quid sit Amor paucis instituare modis.
Mentis amor vitium iuuenile:cupidine formę
Visu animi robur debilitante satum.
Hoc ubi corda premēs humana/tenacius hæsit:
Obligat imposito colla subacta iugo.
Et trahit in facinus Veneri quodcunq; videtur:
Nil veritum leges/imperiumq; Dei.
Res horrenda facit licitum scelus omne videri:
Sic iacet affectu mens hebetata malo.
Vt notus æstiuis obnubilat aera nimbis:
Ac tenet oppressum sole latente diem:
Sic Amor ante oculos animi velamina tendit:
Et trahit in cęcum pectora nostra chaos.
Hinc securus amans per aperta pericula fertur/
Quę nisi mentis inops nullus adire velit.
Hic positis noctu scalis/super alta domorum
Tecta salit:getico dum riget aura gelu.
Hic iacet in latebris:loculoq; reconditus arcto/
Spem titubans inter fluctuat atq; metum:
Pugnat in ambiguo sententia pectore duplex:
Vellet amore frui:vellet inire fugam.
Ille subit gladios:& pro muliere duellum
Mox init egestam sanguinolentus humum.
Fit pecus omnis amans:dum pro ratione libido
Iudicium nutu temperat omne suo.
Quisquis enim viuit sine lumine mentis & usu:
Fert hominis vultus/ingeniumq; feræ:
Est pecus:& fallax hominem mentitur imago:
Testis opus melior/veridicumq; magis.
Anser aquis gaudet:siluis aper/aere falco/
Legibus humanum consilioq; genus.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Sirenes /ſatyri/Panes/nymphæq; marinę:
Et Lamiæ humani corporis ora ferunt.
Si videas vultus/homines vidiſſe putabis:
Eſſe feras conſtat ſi intuearis opus.
Hinc igitur fati non ſunt mendacia vates /
Quãdo homini vultus impoſuere nouos:
Qui partim ſenſu/ partim ratione feruntur:
Nec viuunt totos cum pietate dies.
Hi ſunt Centauri:minotauriq; biformes:
Monſtra/quibus duplex ambiguũq; genus.
Talia ſignificant animos in amore iacentes
Continue/in mutum degenerare pecus.
Hinc bouis effigiem ſubit Inachis:æquora ſubt er
Latrat:& abſorptas Scylla profundit aquas.
Nyctimene in noctis volucrẽ conuerſa: Meduſæ
Tempora vipereæ complicuere comæ.
Vtq; ſcias quantum valeat ſubuertere mentes:
Inferior nullis cladibus iſte furor.
Aſpice Leandrum ſpacioſa per ęquora nantem:
Furta domus/lachrymas/excidiumq; ſuę.
Suaſit amor Scyllę regno ſpoliare parentem:
Et dare gnoſiaco ſe/patriamq; Duci.
Tanta animo rabies:hoſtem præponere patri/
Conſuluit ſæuo ſæuior angue puer.
Aſpice Theſeæ redeuntia vela carinę
Ferre Iouis neptes (furta ſuperba) duas.
Crudeles caſus/triſtemq; attende rapinam:
Nec ſeruaſſe datam fœdera vana fidem.
Quid referam Cynirę coitũ? quid Biblidis ignẽ?
Et ſcelera admiſſo Paſiphaęa boue?
Phaſias hoſpitibus dedit aurea vellera grais:
Et ſecuit dura pignora parua manu.
Heu facinus crudele/parens in ſanguine nati
Tingitur:in ſobolem carnificata ſuam.
Ira malũ minus eſt:breuibus quia prętерit horis.
Longa venenoſus tempora viuit amor:
Viuit:& aſſiduis hominem cruciatibus angit:
Et tenet ardenti corda ſepulta foco.
Cætera quę noſtrũ dicit mortalia vulgus
Crimina ſunt longe perniciosa minus.
His etenim ſatis eſt uni nocuiſſe Cupido:
Vult homines ſaltem pręcipitare duos.
Semper enim tali febrit quicunq; cicuta
Vult alium vitio commaculare pari.
Aſpice q̃; varijs erimantida Iuppiter urſam
Cępit/ut eſt virgo ludificata modis.
Quot ſtuduit verbis Daphnem facũdus Apollo
Flectere:& ardori conciliare ſuo.
Te/cui magnanimo grandes in pectore curas
Parturit antiquę gloria longa domus:
Et cui maiorum laudes calcaria ſubdunt/
Vt ſtudeas atauis non minor eſſe tuis:
Hanc decet ex animo penitus cõuellere peſtem:
Et ſepire omnes/ne feriare/vias.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Ac vitare ſocos puer hic ubi retia tendit:
Atq; ubi in inſidijs ipſe latere ſolet.
Retia ſunt iuuenum: vultus/& amabilis ætas:
Quę rapiunt ſenſus illaqueantq; nouos.
Corda retundit Amor: generoſa negocia frangit:
Nec niſi fœmineum mente volutat opus.
Grandibus inceptis/ſtudijſq; virilibus obſtat:
Nec probat heroa fortiter acta manu.
Negligit inſignes quę ſunt paritura triumphos:
Et decora/& titulos extimat aſſe minus.
Delicias/unguenta/iocos/& inertia laudat
Ocia: & ad phrygios fila reducta modos.
Inuidus AEneam libycis tentauit in oris
Siſtere: ne in Latium proſequeretur iter:
Ne iacta Imperij primordia poneret Alba.
Vnde ſata eſt orbis Roma futura caput.
Aeſtuat ãmiſſa Chryſeide magnus Achilles:
Languet: & argolicis ferre recuſat opem.
Sic Amor elatam ſtuduit ſubuertere mentem/
Vt Venerem graios poneret ante Duces:
Vt iuuenis tantum decus obſcuraret: & arma
Græca forent lęſo debiliora Duce.
Et quia nudus Amor/ſtudet exhaurire ſequaces:
Eximias luxu dilapidante domos:
Hinc ubi quis lautis minuit patrimonia menſis/
Ambulat attrita triſtis inopſq; toga:
Et quas cura patrum multis ſudauerat annis/
Fœmina longęuas una triumphat opes.
Et quoniam puer eſt: leuium ſolatia rerum/
Qualia blandicię/baſia/carmen amat.
Et quia pennatus: cito mobilis. & quia cæcus
Præcipiti fertur per ſcelus omne gradu.
Et quia fert arcus/mucronigeramq; pharetram:
Atq; facem: mala mens/ingeniumq; ferox.
Incipit a riſu: curis coaleſcit amaris:
Deſinit in lachrymas improbus iſte furor.
Quiſquis amas igitur: q̃q̃ fortuna ſecundet/
Et facilem puppi det leuis aura viam:
Sis memor euentus: verſaq; relabere cymba/
Peruia tranquillo dum ſinit unda freto.
Et caue: ne ſubita maris inuoluare procella/
Dum tonat ardenti fulminis ira polo.
Hæc habui ad p̃ſens: tibi quæ memorãda putaui:
Dum cupio ad ſummũ promoueare decus.

FINIS

Eiuſdem in VENEREM heroicũ.

Flãma latẽs venis Venus eſt: furor oſſibus hęrẽs.
Scit Paris: AEneaſq; pius: ſcit durus Achilles:
Alcideſq; Iouis proles: ſcit Iuppiter ipſe/
Sæpe feræ inſidijs factus fera/cygnus/& aurum.
Scit crudelis idem Theſeus: victorq; Meduſæ:
Cuius adhuc retinent illuſtrem ſidera prædam.
Hoc regina modo Babylonia/Paſiphaeq;/
Sic Bacchi deluſa parens: ſic & Phaetontis

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Victa cupidineo mater quæ languit igne:
Venatrixq; soror Phœbi: scit Lamia rupes.
Hæc fera adulterium parit: incestusq; nefandos/
Stupraq;/& igne scelus dignũ: q̃ barbara q̃ndam
Abstulit ĩmixtis sulphur quinquurbia flammis.
Nunc lacus est/ ubi tunc homines errare solebãt.
Et qua Pentapolis regio fuit/æquora lentus
Pigra liquor vestit: qui mortua corpora sorbet:
Viua gerit tergo sceleris monumenta vetusti.
Hanc Venerẽ dixere patres: quã spumeus humor
Progenuit: leniq; salo delata/propinquum
Littus ut applicuit/placido per pectora lapsu
Se insinuans/delubra sibi quæsiuit & aras.
Hinc locus/hinc frater satus est qui tela facemq;
Gestat: & auratis sine lumine militat alis.
Omnibus has natura potens & prouida curas/
Addidit hos stimulos/ atq; hũc animãtibus ignẽ.
Quod p̃stat magis ossa calet/venus acrior urget.
Nam meliora magis prohibens natura perire /
Ad genus augendũ flammis grauioribus instat.
Ast hominem cui plus diuini luminis auctor
Tradidit: & flecti voluit rationis habenis:
Legibus hunc certis iussit cohibere furorem:
Imposuitq; modũ Veneri: ne pluribus una
Nubat: ut unius coniunx sit coniugis unus.
Hinc proles/hinc sancta fides / & honesta feracis
Copula connubij: legis mysteria nostræ.

Sed Venus hos mores/naturæq; addita fræna
Non patitur: nulloq; potest mansuescere vinclo.
Ite procul iuuenes/simplex & credula turba.
Pręda eritis: dabitis pœnas. Hęc belua Thysben/
Hęc Cynirę natam rapuit: Scyllamq; paterno
Crine ream: Proeti sobolem: Lotidesq; puellas.
Ite viri procul: ite nurus. Hęc belua tinxit
Cæde maritales thalamos & sanguine Lemnon.
Hæc iras/hæc bella parit.
Dicta sub exiguo claudantur ut omnia versu:
Diuitias/animum/corpus necat: inficit: aufert.

FINIS.

In CVPIDINEM nociuum Carmen LVCIANI.

Perdi derat natum genitrix Cythera vagantem:
Anxia sollicito quem dum per compita passu
Quærit: ab excelso tales canit aggere voces.
Errabunda meus vestigia forte CVPIDO
Qua fugiens tulerit/quisquis mõstrarit apto
Indicio: huic merces Veneris libanda ferentur
Oscula. captiuum si quisq; adduxerit: illi
Mox aliquid gaudẽs ultra dabit oscula mater.
Q̃ reperire queas puerum: bis dena dabuntur
Signa tibi: cautus memori quę mente recõdes.
Huic non candor inest: rubor igneus inficit omẽ
Corpus: & ardescunt acri contenta nitore

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Lumina: nec dulces sequit mēs subdola voces.
Quippe hybleā sonus vincit dulcedine mella:
Sed male fallaci respondent pectore sensus.
Feruidus accensa si quando exæstuat ira:
Indomitos animos gerit: īmansuetaq; corda:
Seducit verbis: nec vera fatebitur unq;.
Est puer ille quidē/magno sed prouidus astu:
Ludit & interdum: sed ludens seria tentat.
Dependent humeris crispi certo ordine crines:
Nec pudor audaci/nec inest reuerentia vultu.
Sunt illi paruæq; manus/paruiq; lacerti:
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit. ima ferum telo sub tartara Ditem
Perculit: & regem manes sensere subactum/
Candida cū stygio rapta est Proserpina curru.
Corpora nuda gerit/nullo velamine tectus:
Ver; animus vario prudens velat amictu.
Præterea aligero suspendens membra volatu/
Hīc nymphas petit: īde viros: ultroq; rceptus
Visceribus sedem sibi ponit/& ossibus imis.
Est breuis huic arcus/sed quo fatalis arundo
Vsq; sub astra suum seruat propulsa tenorem.
Auratam cernes humero pendere pharetram:
Pestiferosq; intus calamos: quibus impius ille
Ipsi sæpe mihi lœtalia vulnera fecit.
Omnia sæua quidem: sed cunctis sæuius illud.
Dextra facem vibrat: miseras quę iacta medullas
Pascitur. hæc ipsum solem succenderet æstu.
Hunc si nexilibus poteris constringere nodis/
Duc arcte vinctum. ne tu miserere precantis:
Quis aspicias manantia lumina fletu/
Decipiare caue: nec si ridentia cernas
Ora/graui iubeas laxari vincula nexu.
Q; si te blandis inuitet ad oscula verbis:
Effuge. nam labris certū est habitare venenū.
Si vero facili promittet munera vultu:
Tela q;/gnosiacosq; arcus/pictamq; pharetrā
Noxia dona time: quicquid tetigere perurūt.

FINIS.

ANTISTENES de Meretricibus
Quæ amatoribus omnia bona exoptant: præter mentem/& pudorem. Ex Voliterrano.

Iacobi Bietheni ad lectorē. Carmē.
Nil Amor est aliud blandus/q; vana voluptas:
Et gerit in comitem tristia mille suum.
Ille tibi somnos rumpit sub nocte profundos:
Tranquillam vitam nec sinit esse tuam.
Vt Picus docto cecinit iam carmine vates:
Vates pierij gloria summa chori.

Ioannes Schottus Argentinæ pressit.
1513

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library



habet est reuerendis: patris
et Dni Dni Petri Sancti Fabri
Episcopi Vienne: proprijs et no
Episcopatus pecunijs emptus et
per manus ipsius in Bibliothe
ca Collegij sui S. Nicolai
ad vsum habitancium studen
tium et studiorum iuxta
suam ordinacionem collocandus

Actum x Januarij Anno a
Christo nato M DXL

Et singulariter
date et ex ore
ipsius R^mi Epi Chris
topheri Freyherr